Vault (Manuscripts) 5-2
Book # 154

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Research Library, The Getty Research Institute

http://www.archive.org/details/pegasusfirmament00stel

PEGASUS FIRMAMENTI.

Sive

INTRODVCTIO BREVIS IN VETERUM SAPIENTIAM,

quæ olim ab Ægyptijs & Perſis MAGIA; hodiè verò à Venerabili Fraternitate Roſeæ crucis PANSOPHIA rectè vocatur, in Piæ ac Studioſæ Juventutis gratiam conſcripta

à

JOSEPHO STELLATO,
Secretioris Philoſophiæ
alumno.

Effigies Pegaſi.

Pegaſus in terram cœlo dilabitur alto
Europæ ut luſtret virginis usq; plagas.

Cum gratia Apollinis & Privilegio Muſarum Peculiari.

Anno M. DC. XVIIII

Epigramma ad Lectorem.

De

VENERABILI ET GLORIOSA SOCIETATE Roseæ Crucis.

GEns addicta DEO, veluti Rosa cònsita spnis,
In sævo Mundi turbine floret ovans.
Crescit enim Fidei virtus adversa ferendo!
Fortunis contrà mollibus usa perit.
En ceu palma virens superas se tollit in auras,
Quam magni impositum ponderis urg onus:
Sic nunc surgit ovans animis GENS aurea mur do,
De qua jam dudum MIRA Sybilla canit.
In CHRISTO exulta mea mens, mea lingua, me um cor!
Auxilij accelerat lumine clara dies:
Hanc lucem sacros memini prædicere vates,
Hanc lucem cœli sydera visa notant.
Salve Gens præstans Sophiâ, Virtute, Fideq; !
EST VICTRIX MUNDI GENS ANIMOSA FIDE.

VENERABILI GENE-
rosæ atque gratiosæ Fraternitati
R. C. Salutem per SALVATOREM
nostrum plurimam & felicem
successum.

QEminam ob causam Venerandi Sapientes & Charissimi in CHRISTO Fratres, Patroni Illustres juxta ac Potentissimi, hunc tractatum in lucem edere animum induxi meum. Primum quod omnes fermè Scholæ Germaniæ nostræ Paganismi fermento sunt infectæ, per nimiam & præposteram Ethnicorum Authorum lectionem, Pietatis interim & Christianarum Virtutum exercitijs saluberrimis maximam partem neglectis, seu potius satis profundè sepultis, id quod jam pridem, quoq; D. Lutherus cum erudito Capnione, Fabricio Ludimoderatore in Electoratu Saxoniæ olim præstantissimo, aliisq; Viris Doctissimis seriò conquestus est. Deinde propter piæ ac studiosæ Juventutis com-

modum, ut nimirum paulatim, sensim ad veterum Philosophorum genuinum fontem & penetralia Naturæ secretissim iterum reduci queat

Eruditi meâ instructione omninò no indigent, Sophistæ non cupiunt, iuteri Juventutis studiis inservire cum DE volui. Sub vestræ igitur fortunatæ so cietatis celsitate & defensione, si à DE discessero, hunc Pegasum, Patroni inic suspiciendi, cœlestem emitto in hominum conspectum, ne illi terrestres & mordaces forsitan Caballi incommodare quicquam unquam possint: Faxit DEUS Opt: Max. ut in Germania alicubi fontis Aonij aliquo saltem modo rivulum monstret, secundum Poëtarum reconditam doctrinam, donec ex vestro sapientiæ collegio & meliora & perfectiora sequantur. Totus autem tractatus majoris lucis seu perspicuitatis gratia distingui potest in septem Capita, quorum Primum aget de triplici Philosophorum genere, Alterum de veræ Philosophiæ fonte & mediis seu vijs ad illum perveniendi, Tertium proponet librum Scripturæ cum notitia linguarum

& opti-

optimis interpretibus, Quartum liberum Naturæ cum Elementorum maximis solijs & genuinis itidem interpretibus, Quintum septem sapientiæ columnas figet, Sextum Lumen gratiæ renatis inillabit. Septimum Lumen Naturæ dignis manifestabit. Huic labori tàm docentis, tàm discentis ut DEUS benedicat atq; incrementum largiatur, CHRISTUM, ἐνενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ θεοῦ, intimis suspiris precor, ne incassum abeat: Vestram item venerabilem & magnificam societem, Fratres dilectissimi, JEHOVÆ tissimi alis cum meis Musis unicè comendatam, nec non hanc introductiorm vestræ censuræ limatissimæ subjeam gratâmente cupio. E meo Musæo insophis notissimo, 15. Maÿ. Qui Soiæ sater perhibetur, Anno S. V. 1618.

V. & glorioſam Frat:

Ex animo colens

JOSEPHUS STELLATUS.

CAPUT PRIMUM.

De triplici Philosophorum genere in scholis modernis.

Ullum anxium discendi desiderium, Lector Christiane ac benevole, elapso anno in quorundam studiosorum epistolis typis excusis animadverterem, operæ precium duxi piæ juventutis studiis tractatum hunc simul consecrare. Qui igitur ad secretam & fortunatam illam Philosophiam facilem cupit aditum, is ante omnia ingenium suum à falsis opinionibus & præjudicijs contagiosis liberare debet, ut sic remotis veritatis hostibus, judicium solidum eò certius formari queat. Notum igitur cuivis existimo, quod terna Philosophorum secta hodie potissimum in Schoʒis & Acadeмijs dominetur, utpotè

Peri-

eripatetica, Ramea, Theophraſtea,
: quibus ſecundum veritatis nor-
am ferre ſententiam partim diffici-
, partim quoq; periculoſum alicui
deri poſſet, ſiquidem veritas, ubi-
inq; proferatur, odium defenſori
rere ſolet! Ut ut ſit, interim tamen
on prorſus reticenda eſt, cum tanto
cleſiæ & Reipublicæ ſæpius detri-
ento. Difficile mihi judicium hic
genuè fateor eſſe, propter curtam
uditionis ſupellectilem, igitur et-
m ad illud adſtrictum volo nemi-
em: qui verò limatius à DEO ade-
tus eſt, in medium quæſo proferat,
ui cedere lubenti animo paratus
im. Interim me converto ad pri-
ium Philoſophorum genus juven-
tis gratia, in quo non pauci reperi-
ntur eruditi, clari, ſingulari virtute
: arte præſtantes viri, qui cum diſcre-
one prudenti ſequuntur Ariſtote-
m, aut veritatem cum utilitate con-
inctam approbando, aut falſitatem
ocivam reſiciendo. Hoc excipiunt
lmodum laborioſi commentatores,

qui omnes ingenij nervos, imò vitam ipsam in Aristotele explicando consumunt, haut secus ceu quondam Scholastici immensa commentationum plaustra in Magistrum sententiarum cumulârunt. Postremi in hac secta Sophisticis subtilitatum & altercationum tricis sunt implicati, adeò ut hujus Pagani Philosophi auctoritatem magis sartam tectam cupiant atq; sanctorum Prophetarum & Apostolorum. Ac licet maximo impetu & cavillis hîc contra veritatem insurgant Sophistæ, illorum tamen aculeata dicteria & calumniarum stercus nulla prorsus dignabor responsione, ne tempus nobile scandalosis rixis perdam, nevè igni ipsorum ligna attulisse videar, Syr. 8. Valeat igitur etjam hoc in loco apud solertis ingenij homines notissimum axioma: Omnia probate, quod bonum est tenete. Lutheri judicium & censuram super Aristotelem pietatis causa scriptam studiosi ipsimet cognoscant Tom: Jenen: 2.

Secun-

Secundam constituunt sectam Rameï, qui aliquo modo Platonis vestigia legisse videri volunt: Illi ipsi multa correxerunt in artibus, inprimis dicendi, methodum totius Philosophiæ accuratius proponendo, quò etiam spectat Ratichiana ad linguas felicius & citius percipiendas. Unicum non paucis displicet in Rameis quibusdem nimis argutis, qui omne ævum impendunt artificiosissimæ methodi elaborationi, qua tamen nihil aliud sæpiusculè efficiunt, quàm quod res ipsas confundant, & S. Scripturam miserrimè discerpendo corrumpant. Sic etiam Rameï sunt in duplici differentia: alij, qui acuunt ex Logicis judicium ad cæteras disciplinas eò melius addiscendas; alij autem carent solido, ea de causa plus studij & temporis tribuunt, quam par est, artibus Logicis in profectûs propriam perniciem.

Tertium locum occupat secta Thephrasti Paracelsi, cujus discipuli primi admodum sunt degeneres, seu prorsus

ſus ſpurij, dum ſub nobiliſſimæ ſcientiæ Chymicæ, artisq; ſingularis prætextu maxima & ſupra modum ſplendida exercent furta, apud Magnates & Illuſtriſſimos Principes! Jure igitur omni non Roſeâ, ſed duplici patibuli Cruce ſunt digni, juxta examen aureæ libræ in Nuptijs Chymicis appenſæ.

Alteri Phyſicam Vulcani ope feliciter illuſtrare, Medicinam corrigere cœpêre, Arcana miranda detexêre, nec unquam Phyſica citra artem ſpagyricam plenè & fundamentaliter diſci poterit! Etenim hîc inprimis valebit, da demonſtrandi. Etſi verò Elementorum Arcanæ virtutes, ſemina aſtralia, qualitates occultæ ſeu Internæ, & Externæ ſive Elementales cum harmonicâ totius Naturæ operatione, nondum in apricum emerſerunt ex tenebris ſeu nocte orphei: Inpoſterum tamen, DEO felicem & celerrimum ſucceſſum largiente, lumen Naturæ & veræ Ethicæ, & veræ Phyſicæ fundamenta nobis aperire decrevit, ſtellis novis non citra cauſam Mundo

hacte-

hactenus ostensis. Sequuntur autem Paracelsistæ genuini Hermetem Trismegistum Philosophorum parentē, in Alchimia potissimum, quibus mirabili DEI consilio accedunt hodiè Venerandi Fratres R. C. Pansophiæ perfectum circulum dignis offerentes. Hîc sanè multorum cæcitas in Naturæ secretis, proh dolor, deploranda venit, qui nullis rationibus Philosophicis locum relinquunt; ne dùm experientiâ, effectisq; mirandis, neq; oculari per Chymiam demonstratione convinci volunt: ô tenebrarum abyssum, ô caliginem profundam. Ubi mox imperitus Midæ fraterculus objiciet, mihi demonstres velim collegij locum! Respodeo, tempus Rosas proferet: deinde Philosophi est, non modò id, quod ante pedes, videre, sed futura etiam prospicere. Nam palpabilia & cuivis obvia, etiam vulgus approbare solet. Profectò haud absre hic divinare ausim, si DEO sic disponente SOL veræ ac intemeratæ sapientiæ radios suos plenè, per Eliæ artium adven-

tum,

tum, tum à Theo: Paracelso, tum à Basilio Valentino jam dudum prædictum, atq; nuperrimè in quadam Epistola à V. Fraternitate R. C. indignitatum, super Europam inprimis sparserit, tunc multis novi seculi illustratio Reginæ Arabicæ admirationem extorquebit, atq; exclamationem celeberrimi Poëtæ solertiâ sic expressam:

Vera, inquit, mihi FAMA fuit! quæ limite nostro
Mira animi retulit, manuumq; reperta tuarum,
Nec mihi jactata est frustrà sapientia Regis:
Omnia sunt majora fide; nam lumina testes
Sunt mihi, quæ solis absens antè auribus hausi.
Nam tua jactatam longè Sapientia FAMAM
Exuperat solers ---- ----

Pia & studiosa juventus veritatis confirmandæ gratia, utilissimum tractatum CL. Poëtæ, & Doctoris Medicinæ Michaëlis Meijeri diligenter legat,

gat, & apud animum perpendat: Etenim in illo ex Antiquitatum monumentis author infallibiliter inter cætera demonstrat; quod ejusmodi collegia semper in Mundo fuerint, licet non cuivis obvia! Cui astipulatur comes Bernhardus Trevisanus, qui de Aristæo quodam adserit, quod turbam Philosophorum undiquaq; collegerit: Ipse Comes Arcano lapidis Philosophici adepto, postea cum quindecim viris eandem noticiam adsecutis, intimam coluit amicitiam. Tum colloquia aliquot Fratrum hinc inde habita, cum eruditis quibusdam, utpote Francofurti, Wetzlariæ, Empsæ ad Thermes in domo Landgravicâ, & alibi, nullatenus pro figmentis habeat cum occæcatis Sophistis. Post experientiam in Arcanis Chymicis luce ipsâ clariorem unicè attendat! quibus de Naturæ secretis, Metamorphosin Microcosmi atq; metallorum continentibus, tractatus nobilissimi V: societatis R. C. jam pridem typis excusi, in multorum Philosophorum

& Mc-

& medicorum manibus versantur; etiamsi plurimi haut animadvertant, undenam prodierint, quibus adjungi possunt, Arca aperta Arcani artificiosissimi, Fortalitium Scientia, Pandora sextæ ætatis Theophili Pytagorici sic dicti; ante omnia verò clypeum veritatis hoc anno à venerabili Fraternitate in lucem emissum sedulò evolvatur. His ita simul in fasciculum collectis, & ultrò citroq; dijudicatis, testimonium veritatis illucescentis, & manifestius, & certius discentibus futurum erit.

CAPUT SECUNDUM.

De vero Philosophiæ fonte; medijsq; ad illum perveniendi.

EXtra omnem est controversiam, quod DEUS veræ sapientiæ unicus fons & scaturigo rite perhibeatur, quod S. Scriptura testimonijs perspicuis confirmat sequentibus, nec non nobilissimis exemplis sat illustrat. Etsi verò omnes Philoso-

losophi hodiè id probè cognitum, atq; perspectum se habere autumant, pauciſſimi tamen unicum, verum hunc sapientiæ fontem, studijs suis per totam vitam quæsitum invenêrunt. Quapropter sapientiæ synceræ, ac fortunatæ studioſi, eò majorem dabunt operam, fundamento rectè & firmiter in Pansophiæ inquisitione ponendo, ne sæpius opinionum adversarum, calumniarum turbine abrepti perturbentur nevè via regiâ excussi in errorum labyrinthum incedant, undè regredi erit factu difficilimum, vel aliquoties planè impossibile.

Terna igitur S. Scripturæ testimonia fundamenti stabiliendi causa memoriæ mandari debent, ubi perspicuè, & divinè affirmatur, quod DEUS Opt: Max: sit unica causa, fons puriſſimus, fundamentum solidum omnis sapientiæ. Nam Rex sapientiſſimus Salomon cælitus edoctus disertè ac verè inquit, Proverb: cap: 2. Quia Dominus seu JEHOVAH dat Sapientiam, & ex ore ejus prudentia & scientia. Alterũ similiter

lucu

luculentum testimonium habetur; Job cap: 38. Quis dat in visceribus Sapientiam? quis dat cogitationes intelligentes? quis numerabit nubes in Sapientiâ? Ubi Deum ipsum sic loquentem introducit Vir sanctus, cui similis γνώμη & notissima & verissima Syracidis addi potest cap: 1. Omnis Sapientia â DEO Domino est, & cum illo fuit semper, & est ante ævum. Quomodo autem circa Renatorum intellectum depuratum per rivulos cœlestes operetur, venuste describitur Syrac: cap: 15. â ver: 1. usq; ad 7. Hujus thematis exempla â scriptura proponuntur illustria, in Patriarcha Josepho, Rege Salome, Propheta Daniele; ejusq; collegis: de Josepho liber Sapientiæ adserit, quod cum illo in carcerem descenderit Sapientia, nec in vinculis deseruiret illum, donec Regni sceptrum illi afferret, & potentiam adversus illos, qui eum deprimebant. Salomoni scriptura S. ejusmodi tribuit Elogium: Dedit quoq; DEUS Sapientiam Salomoni, &

Sap: c: 10.

3 Reg: 4.

pruden-

prudentiam multam nimis, & cordis latitudinem, quasi arenam, quæ est in littore maris! Et superabat sapientia Salomonis Sapientiam omnium orientalium & Ægyptiorum. De Daniele vero, suisq; Collegis, expressè affirmatur his verbis: DEUS autem horum quatuor Adolescentum, dedit eis scientiam & intellectum, in omnis scripturâ & sapientia! Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Sic quoq; Magi ex Oriente habuêre divinitus prophetica somniorum scientiam seu illuminationem. Dan. 1

Undè infallabiliter concludi potest hoc modo! Si Deus solus est FONS SAPIENTIAE universæ purissimus, ceu ut dilucidè jam probatum, cujvis patam erit, quòd nullus Ethnicorum Philosophorum hunc Fontem repræsentare possit, & per consequens, onnes Paganorum assectæ pro inertis opinionum figmentis belligerantes, in maximo versentur errore, vè in cæcitatis turri teneantur occlusi.

Nunc ſequitur via ad illum veræ ſapientiæ Fontem perveniendi, ſeu media, quorum præcipuè tria numerantur, ut potè ſeria, & aſsidua ad DEUM oratio, fidelis Præceptorum inſtitutio, diligentiſsima LIBRORUM Principalium Lectio & meditatio.

Prima via ad ſapientiam,

ORATIO certè in ſpiritu & veritate ad DEUM directa, eſt omnium optima, nobiliſsima & compendioſiſsima, (licet etiam difficilima) via ad Panſophian acquirendam, undè Dn. Jacobus cap. 1. Inquit: εἰ δὲ τις ὑμῶν λείπεται σοφίας, αἰτείτω παρὰ τοῦ διδόντος θεοῦ πᾶσιν ἁπλῶς, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος· καὶ δοθήσεται αὐτῷ. Αἰτείτω δὲ ἐν πίστει, μηδὲν διακρινόμενος. Quibus verbis noſtra docetur primùm indigentia, deinde univerſalis DEI Munificentia, poſtremò Fidei nihil hæſitantis Conſtantia, quæ ſingula rerum ſecretarum imperitos meritò ad ardentes preces invitare debebant. Quomodo verè, quibus vè verbis orandum ſit, Pſalterium Davidis Regis Propheticum inprimis monſtrabit! Conſulatur etiam Salomonis

monis precatio sapientissima, relatis Daniclis pro Ecclesiæ salute ardentissima, Syracidis elegantissima, quibus præ cæteris Salvatoris Dn, nostri JESU CHRISTI sanctissima adjiciatur, quin potius præferatur. Profectò qui hanc viam cum primis ingressi fuerint, omne quòd desiderant dubio procul, vel etiam majora cum intimâ cordis exultatione à DEO promittente impetrabunt. Consolationis ergò probè notetur exemplum Eliæ ab Apost: Jacobo allegatum, tum D. Lutheri tomo. 6. Jen. preces sic commendantis. Ich habe auch also offte mehr gelernet in einem Gebet / weder ich aus viel lesen vnnd tichten hette kriegen können.

Sap. 9.
Dan: 9.
Syr. 50.
Matth. 6.
Sap. 7. 7.
2. paral. 1.

Alterum medium seu via est fidelis præceptorum INSTITUTIO, quò referantur Philosophorum collegia celeberrima, in quibus indefessum studium perscrutandi Naturæ arcana propagatur, & ad posteros transmittitur: Inprimis schola Regia Pharaonis, in quam Moses receptus à primis mox

Secunda via seu medium ad Sophian.

annis in omni Ægyptiorum sapientia instituebatur, à Scriptura admodùm commendatur, nec minus Ludus Imperatorius, in Chaldæâ, cujus Daniel, Hanania, Misael, Asaria alumni ad miraculum usque eruditi â Rege Nebucadnezare celebrantur. In eodem sapientiæ Gymnasio edocti fuêre septem Magi & principes Persici Regni tempore Ahasveri, Esth. cap. 1. Ita etiam non adeò difficilè conjectu est de Magis Persicis, qui CHRISTUM, Mundi Redemptorem natum ex novâ, miraculosâ, regiâ stellâ certò cognoscebant, inventumq; divino honore adorationis & mystico munere afficiebant, quod videlicet fraternam invicem amicitiam collegio erecto suavissimè colere sint soliti. Qui plura de hisce desiderat, modo legat silentium post clamores &c. CL. Doct. Meyeri, ut antè dictum.

Tertia via impetrandi Pansophiæ usum.

Tertia via diligentem complectitur LECTIONEM juxta ac meditationem Librorum authenticorum, puta scripturæ S. & pulcerrimæ Naturæ

turæ cujus Homo ipse est ex tracta, quasi Epitome! Indè enim Microcosmus rectè & verisimè à Sophis appellatur, hanc ob causam, quod nimirum secundum virtutes, vitia, affectiones internas, proprietates externas, omnium planè creaturarum essentiam intra se mirè complicatam, possideat.

Felicem certè cum prædico, qui sic se novit, suamq; potentiam Microcosmicam, ex Macrocosmo harmonicè dependentem, per lumen Naturæ intelligit, ubi appositi dicitur! Qui benè se novit, doctior esse potest: Et contra, qui male se novit, stultior esse potest, quod equidem in nullius Eruditi contemptum dictum esto. Quod igitur hoc in loco non affertur immensa aliorum librorum copia, sciendum est Theosophiæ studiosis, quod omnes alij Authores seu libri prædictorum, duntaxat sint interpretes, & rivuli ad limpidissimum Pansophiæ Fontem, deducentes, quibus de singulis capite sequenti plura, ad judicium accurati-

us formandum jam cum DEO sequuntur.

CAPUT TERTIUM.

De S. Scripturæ Libro authentico, illiusq; omnibus Interpretibus.

CUm verò Sapientiam, seu Pansophian nullus hominum possit per se in Naturę LIBRO semper quidem aperto legere & cognoscere, nisi fuerit ab animi sordibus purgatus, atq; à DEO illuminatus, ut verbis Cabalistæ Raymundi de sabunde utar, eam ob causam in primi Libri per lapsum nobis obscurati defectum, DEUS Opt. Max. nostræ insciitiæ, & calamitatis miserțus, alterum Scripturæ scilicet LIBRUM in manus tradere dignatus est, cujus ductu & explicatione ad primævam Sapientiam in primo Naturæ Libro reconditam, & valdè aliàs secretam iterum pertingere valeamus. Si homo mansisset in statu innocentiæ, tunc Scriptura minimè

opus

opus habuisset, quemadmodum etiam Doctor Joachimus Mörlinus alicubi rectè judicat: In cæcitatem autem prolapsus nunc luce verbi summopere indiget. Quapropter adsiduò, precibus ad Spiritum S. præmissis, hunc Divinum & miraculosum Librum legere, relegere, meditari noctesq; diesq; debemus Ps. 1. Joh. 5. necessitate, utilitate & mandato divino compulsi, ne in secretioris Sophiæ studiis & progressu nobis ipsis simus impedimento, aliorum Authorum lectioni nimiæ impliciti. D. Augustinus S. Scripturam tali Encomio nobilitat Epist 3. Tanta est Christianarum profunditas literarum, ut in eis cotidiè proficerem, si eas solas ab incunte pueritia usq; ad decrepitam senectutem, maximo ocio, summo studio & meliore ingenio conarer addiscere. Judicium similiter D. Lutheri hoc loco memoratu dignissimum est, qui de Divi Bernhardi studio Theologico sic scribit in libro de Conciliis. S. Bernhard

rühmet / das er seinen vorstandt habe gelernet von den Bewmen / als Eichen vnd Dennen / die sein seine Doctores gewesen / das ist / er habe seine Gedancken vnter den Bewmen auß der Schrifft geübet vnd gekrieget / B. Antonij responsum de Naturæ libro notum est, cui sequens distichon adjiciatur:

Quid juvat innumeros manibus versare libellos?
Mente DEI LIBROS inspice, doctus eris.

Hinc LUTHERUS vir DEI, omnium librorum, etiam suorum aliquoties optat interitum, hanc scilicet ob causam, ne in Bibliis S. scrutandis Lectori remorasinjicerent: alibi in postilla Ecclesiastica pronunciat, quod nimia librorum copia, ingens Spiritus sit inopia. Item quod non multorum, sed paucorum eorumq; saltem optimorum librorum lectio solidam gignat Eruditionem. Ad fundamentalem igitur Scripturę intellectum requiritur linguarum, quæ hodie facili methodo addisci possunt, cognitio,

ut

it DEUM non modo Latinè & Germanicè, sed potissimum quoq; Ebraicè, Chaldaicè, Græcè ad nos loquentem audiamus, non citra mentis summam gratitudinem. Hujus autem libri principalis succus, mèdulla, nucleus, sive quinta, ut sic loquor, Essentia est parvus Lutheri Catechismus cum explicatione, in quo omnes Loci Theologici nervosissimè & eruditissimè continentur, ad quas cunq; Pseudoprophetarum Sophisticas quisquilias, & strophas hæreticas, disjiciendum. Qui libellus licet sit pueris notissimus, pagellisq; brevissimus; sensu tamen sinul est profundissimus, adeò etiam, ut nullus Theologorum praxin illius plenè adsequi unquam valeat, ad extremum usquè vitæ habitum.

Qui sanctæ Pietatis incremento, ut insigni profectu delectatur, dono insuper intelligentiæ & spiritu discretionis à DEO ornatus, præcipuè D. Tauleri meditationes in vitam, passionem, Mortem Salvatoris nostri post, & Biblia evolvat, nec non totam suam

vitam ad Christianas virtutes ibidem expositas conformare discat: Tractatus est precii exigui, verùm inæstimabilis in Theologiâ Eruditionis. Præterea reliquorum Theologorum atq; interpretum disputationes necessariæ, & commentationes utilissimæ ideò à studiosâ juventutè nullatenus negligi debent, sed ex illis pro discentis captu pauci & optimi seligantur, præsertim ij, qui PIETATIS praxin in Fide, spe, precibus, patientia dilectione, mansuetudine, humilitate, castimonia, justicia, totiusq; vitæ sanctitate unicè urgent. Illorum ope eò usq; tamen utamur, donec ad ipsius sacræ scripturæ fundamentalem noticiam perveniamus ibidem subsistentes.

Nec discentium profectum parum juvabit frequens Lectio Poëtarum & Historicorum in linguis primariis, quorum stylus præ cæteris Spiritus ac Pietatis fervorem, atq; tersi sermonis redolet Elegantiam, ex quâ igniculi singularis sapientiæ & cœlestis Eruditionis refulgent. Apprimè hîc locum habe-

abebit Poëtarum principis Virgilij
dicium 2. Georg. probatum ingeniũ.

Usq; adeò à teneris consuescere multum est!

Cui Horatius subscribit hâc venustâ si-
nilitudine.

Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.

Ita quoq; Basilius Magnus & Nazi-
nzenus omnium Ethnicorum libris
epositis, tandem ad solam S. Biblio-
um meditationem ingenium appli-
uêre suum, Augustinus & Bernhar-
lus ad soli loquia: quantum indè Emo-
umentum Ecclesiæ & Scholarum
ubsecutum, ex historia Ecclasiasticâ,
pinor, sat manifestum erit.

Hîc totiûs rei cardo vertitur, hæc
umma esto, hic scopus: Quisquis ma-
orem operam dabit sacro codici, atq;
nterpretum lectioni, ille suis studiis
ptimè cupit consultum! Interpretũ
ivulis tantisper utatur, dum ad scri-
pturæ FONTEM limpidissimum & in-
exhaustũ perveniat, tunc experietur;

Dulci-

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ. Huc pariter collimat, & quidem unicè, venerabilis & sanctæ Fraternitatis commendatio supra modum splendida, quâ in confessione sua secretorum unumquemq; ad indefessum S. Scripturæ studium tàm sapienter & gravissimè hortatur! qui fecerit, sibi fortunato viam ad collegium illustre paratam sciat. Hisce autem prædictis CL. Theologorum judicio Reverendo nihil unquam præscriptum, quicquam volo: Si quis defectum animadvertit amici, ut liberè corrigat, oro! Censuram grata cum mente excipiam, Et tantum de primo universalit Sapientiæ Libro, alter sequitur.

CAPUT QUARTUM.

De Libro Naturæ authentico secundo, Elementorum maximis foliis, ac genuinis Interpretibus.

EX Naturæ LIBRO omnis naturalis Sapientia seu Philosophia, omnes artes & scientiæ, qua-

quarum præcipuæ numerantur Ethica, Physica, Astronomia, Mathematica, Alchimia, multò melius & perfectius, atq; ex libris Chartaceis discì possunt: Proinde veri Magi, vel sapientes olim in Ægypto, Chaldæa, Persia, Arabia, Mauritania suos discipulos ad Naturæ solummodo, penetralia institutione fideli deduxêre. Quinpotius in Libro Naturæ itidem Regni Christi Mysteria parabolicè descripta reperiuntur, veluti omnes Evangelistæ veritati luculentum perhibent testimonium, cui Lutheri exquisitum judicium addi potest, à CL. Tankio alicubi allegatum, ubi festo Epiphaniæ de Magorum Sapientia in Postillâ Ecclesiasticâ sic docet: **Jn solchen Künsten haben die Magi studiert / in welchen grosse weißheit verborgen ist / von Christo / vnnd wie der Mensch sich halten sol in seinem Leben.**

Huc referri possunt similiter apologi Æsopici, quibus impressio Astralis, Politicæ actiones, totiusq; Mundi cursus cum multis Naturæ secretis

jucun-

jucundissimè & ocularitèr exprimuntur, it ut post S. Biblia in prudentiâ civili eruditior Liber nunquam in lucem editus existimetur. Quod igitur folia præcipua hujus Libri attinet, illorum noticiæ exactæ, Rex Salomon non postremam Philosophiæ partem vendicat! Si nimirum quis habuerit optimè perspectas Elementorum VIRTUTES specificas, tàm arcanas, quàm manifestas, affectiones seminum astralium internas & externas, operationem Naturæ in Elementis abstrusissimam, dissonantiam vehementissimam, Harmoniam suavissimam, ad omnis generis creata, seu corpora Physica producendum Naturæ ordine: quæ creata, utpotè Astra, Animalia, Vegetabilia, Mineralia hujus Libri Naturæ sunt literæ Hieroglyphicæ, ceu Elementa, Terra, Aqua, Aer, Ignis, folia principalia consentur. Nunc restat solummodò artificiosa Lectura ad Arcanorum sensum eliciendum, quem doctrina signaturarum, tanquam clavis veris Philosophis aperit.

sit. Hujus Libri Naturæ Interpretes sunt omnes Philosophi cùm Veteres, tùm Neoterici, quorum tamen singularis est habendus dilectus, per judicij maturi acrimoniam, uti antea de S. Scripturæ commentatoribus similiter dictum est. Etenim quemadmodum magnum Theologorum reperitur discrimen, quorum alij benè secundum Fidei analogiam Biblia exponunt, alij malè, & also ad fidem veram destruendam, & errores proseminandos: Ita Pseudophilosophorum numerus non est nullus; qui autem Naturam solam, propriis figmentis exclusis, sequuntur, Arcana ex abysso tenebricosâ in lucem eruunt, atq; oculari demonstratione alijs probare possunt, illi omnium optimi censendi Philosophi sunt.

Hinc simul liquet, quod unius Philosophi rivulus sæpius impurus & feculentus non sit Fons, sed tantum viam & manducationem præbent

manuductionem præbeat discentibus ad fontem eò felicius perveniendi. Melioris igitur informationis causa saltem tres, cosq; hac tempestate præcipuos jam nominabo Libri Naturæ Interpretes, & Lectori liberum permittam judicium.

Primus est Hermes Trismegistus Ægyptius, haut abs re Philosophorum pater dictus, qui propter Naturæ admirandam cognitionem, & sapientiæ magnitudinem tâm illustre nomen consecutus celebratur, quod videlicet Ter Maximus ab Antiquitate honorandâ sit appellatus. Et qui Chronologia testatur Hermetem, circa Mosis ætatem inclaruisse, verisimile apparet, Mosen indè usq; â teneris in Trismegisti ludo Regio omnem Ægyptiorum Sapientiam edoctum, id quod posteà auri potabilis præparatio à Mose populo exhibita stabilit, Exod cap. 32.

Alter Naturæ verus interpres appellatur Philippus Theophrastus Paracelsus, Germanus, utriusq; Medicinæ

cinæ Doctor & quondam Basileæ Professor admirandus, aliàs nobili prosapiâ oriundus, cujus ut plurimum scripta, seu opera imperfecte edita, indeq; intricata, mutilata, & vocum novitate obscurata extant, propter Sophistarum Diabolicam maledicentiam. ! quamobrem cum Salis grano perlustrari volunt. Etiamsi verò is membrum V. Fraternitatis R. C. non fuerit, præclara tamen de illâ vaticinia in suis insignibus & scriptis post se reliquit. Insignia ostendunt octo CRUCES cum Rosis, quibus personæ octo hujus collegij initio erecti tacitè notari videntur. In præfatione Paragrani hæc Illustris legitur Prophetia: Der Himmel wird andere Artzte machen / die da werden die vier Element erkennen / darzu auch Magicam, vnd Gabalisticam, die auch Cataracten vor den Augen seynd: Sie werden Geomantici seyn / sie werden Adepti seyn / sie werden Archei seyn / sie werden Spagyri seyn / sie werden Quintam esse haben / sie werden Arcana haben / sie werden Mysteria haben / sie

werden Tincturam haben; Wo werdet jhr Suppenwust bleiben / vnter dieser Revolution? Hæc ille. Quæ omnia ad amussim hodiè veritati cum admiratione congruunt; & impleta cernuntur; Si igitur Theophrastus scribendo & curando morbos aliis incurabiles, seu desperatos felicissimè, fenestram non patefeciſſet, hactenus Philosophiæ correctioni, Arcana mè herclè stupenda Ve: Societatis adhuc minus hodiè locum invenirent: Quam ob causam Fraternitas benedicta ipsum vi summâ tenebras perrumpentem, cum suo Fundatore in vocatione conferre minimè veretur.

In Occonomiâ Miner: Lib: I. Astronomiæ magnæ.

Ipsemet alioquin Paracelsus ingenuè fatetur, se quam plurima ignorare Naturæ Mysteria vel secreta, quæ tamen suo tempore, DEO dante, in lucem emersura essent, secundum CHRISTI dictum; Nihil tàm occultum, quin id reveletur. Medicorum Labyrinthus, in quo monstratur vera Bibliotheca & descendi Methodus, studiosæ Juventuti cognitu non esset inuti-

nutilis, si modò solida & perspicua explicatio accederet; Verum ejusmodi & vulgaris & secretioris Philosophiæ compendium propter multiplicem rerum scientiam atq; longam experientiam omnium optimè nobis conscribere posset Venerabilis, Illustris, nq; CHRISTO dilectissimus Pater, Dn. Hugo Alverda, Sapientis collegij caput præstantissimum, cujus tamen judicio divino omnia in hoc negocio meritò permittimus.

Tertius genuinus Naturæ Libri Interpres non immeritò constitui potest V. Pater Basilius Valentinus etiam Germanus, in scribendo valdè perspicuus, in Arcanis detegendis, unq; dignis discipulis communicandis promptissimus, Gloriæ DEI & salutis proximi causa, in orientalis sapientiæ instauratione laboriosissimus, eluti ex Antimonij Trophæo plus satis diligenti Lectori patebit. Ingenii Pansophiæ indagatores istius Authoris peregrinationes, secretorum thesaurũ ex Arabia & Hispanio allatũ

collegij ex quatuor primùm Perſon
erecti principium, ſepulchri artifici
ſam fabrefactionem, Fraternitatis ſu
tempore manifeſtationem apud an
mum ſedulò iterùm atq; iterum ir
prædicto tractatu perpendant quæſ
unà Famam Ven: Frat: R. C. cum ill
omnibus conferendo, tunc luce ſar
meridianâ ejusdem certitudo clario
totiq; Germaniæ illuſtrior appar epi
Utinam hujus ſummi Philoſophi to
Cyclopædia typis evulgata modò
xtaret. Huc commodè referri ſim
liter poterunt ex Argonautica Aur
um Vellus, hoc eſt, ſecundum Parace
ſi judicium, membrana Tincturam
Phyſicorum aureis litteris compl
ctens, ſeu liber ex aliis metallis aurur
conficere docens, ſicuti V. Fraternita
in ſuo clypæo profitetur; Poma He
ſperidum, Mulciber cum Marte
Venere & Solis ſplendore, Aureu
Æneæ ramus, Juppiter cum aureo ſu
imbre æneam turrim penetrante
Vulcanus cum coronâ Ariadnæ, & ſo
lis curru præſtanti auro, argento, gem
misq

naisq;, atq; aliæ selectiores Poëtarum
fabulæ, cum primis de lavacro Phœ-
bi inevitabili, & Plutonis familia, im-
perioq; infernali, quibus singulis se-
creta Chymica tum nobilissima tum
obstrusissima, veris Physicis haut inco-
gnita, lepidè & prudenter ab Antiqui-
tate describuntur.

Ultimò Microcosmi mysterium im-
peritis ex parte detegam, cum utri-
usq; Mundi majoris & minoris Har-
monicâ comparatione. Homo sapi-
enter nuncupatus MICROCOSMUS
Græcis, Latinè parvus Mundus pro-
pter Harmonicam ex majori compo-
sitionem. Etenim constat tribus
partibus Essentialibus, seu integranti-
bus, quarum unâ omissâ, sive non re-
tè dispositâ, maximî & in Theologiâ
& Philosophiâ errores pullulare so-
lent secundum illud! Dato uno in-
convenienti sequuntur plura; vel
concesso uno errore, plures certò se-
quuntur. Quapropter studiosa ju-
ventus eò magis incumbat ad hoc my-
sterium rectè percipiendum: nullas

objectiones refutandas hic assumam, sed breviter tres illas partes ordine describam veritatis obtinendæ gratia. Potissima ac nobilissima hominis pars est Anima, Spiritus ille cœlestis, æternus, divinitus inspiratus, quo invisibilia, æterna immensa homo apprehendere valet: In illâ Animâ, seu fundo depurato lucet Gratiæ, LUMEN & fidei per verbum accensæ. Altera pars hominis appellatur Spiritus sydereus & vitaiis vulgò, ex Astris & Elementorum virtutibus tractus, hominiq; unitus, in quo Spiritu Lumen Naturæ & Ratio cum omnibus artibus & scientiis propriam sedem obtinent, atq; per sensus operationes varias exerunt. Nec hoc Rationis Lumen ab errore immune existit, test. Luthero, & capnione in Cabala sua, nisi superiori Gratiæ Lumen regatur. Igitur quam primum suos limites sub specie singularis Sapientiæ transili (quod, proh dolor, nimis sæpè fieri in hujus seculi filiis semper videmus) tunc graviissimos & Ecclesiæ, reip

publ

ublicæ pernicioſiſſimos importat er-
ores, ſummamq; parit diſſonanti-
m. Tertia pars eſt corpus viſibile
x limo terræ artificioſiſſimè ad ma-
oris Mundi imaginem compoſitum,
a ut totus mundus contineatur
n Homine, & contra parvus Mun-
us cum ſingulis ſuis partibus con-
piciatur in Macrocoſmo, id quod
ummâ certè admiratione & æternâ
apientiæ DEI Opt: Max: celebratio-
ie dignum cenſeatur. Tanta di-
nitate & potentia HOMO à CRE-
TORE ſuo eſt dotatus atq; orna-
us, ut ſi ſecundum Harmoniam divi-
itus attributam vixerit, omnes o-
nninò creturæ tâm inviſibiles, quàm
iſibiles illi ad nutum inſervire co-
antur. HARMONIA itaq; Micro-
oſmica ſic ſe habet: Lumen Gratiæ
ivinum inferiora Fidei luce col-
uſtrare & regere debet: Lumen ve-
ò Naturæ ſeſe intra Naturalia con-
inere ad corpus ſaltem gubernan-
dum in actionibus Phyſicis & civili-
bus, in meditatione ſeu ſpeculatione,

labore, quiete, cibo, potu, sermone, somno, vigiliis &c. ut appetitus in hisce pareat semper rationi, tûm suavissima orietur Harmonia Macro- & Microcosmica, quam V. Fraternitas R. C. similiter his verbis in Famâ describit: Gleich wie in einem jeden Kern ist ein guter ganzer Bawm oder Frucht: Also die gantze grosse Welt in einen kleinen Menschen were / dessen Religion, Policey, Gesundheit/Glieder/Natur/Sprache / Wort vnd Wercke alles in gleichen tono vnd Melodey/mit Gott / Himmel vnd Erden gienge / was dawieder / daß were Jrrung / Verfelschung etc. Quare ex fundamentali Microcosmi noticiâ, potentiâ & Harmoniâ verus Magus flores & herbas cœli arte secretâ decerpere, metalla etiam & mineralia firmamento ad statum constellationis tempus eruere valet, quæ deinceps Magnalia naturæ igni præparata in appropriatis subjectis occulta operatione ægrotis ad sanitatem recuperandam, aliisq; dignis ad scientiarum impressionem & felices successus promoven-

movendum applicari possunt! quò spectant Poculum Josephi manticum, Scyphus Nestoris aureis columbis coruscus, Annulus Sibyllæ Erythreæ stellulis distinctus, lapis Alexandro ab Aristotele suggestus, Electrum Theophrasti Magicum, Clypeus Æneæ apud Virgilium &c: quæ singula peritissimis Naturæ speculatoribus atq; venatoribus nostris excutienda relinquo, ne metam excedens Actæonis pœnam imprudens incurram. Coronydis loco in hoc capite Lutheri à studiosis notetur testimonium de tribus Hominis partibus Essentialibus, quod Tomo primo Jenen: Fol: 453. sic habet: Die Schrifft theilet den Menschen in drey Theil/ da S. Paulus 1. Thess. ultimo saget/ GOtt der ein Gott des Friedens ist/ der mache euch heilig/ durch vnd durch/ also das ewer gantzer Geist/ Seel vnd Leib vnstrefflich erhalten werde/ auff die Zukunfft vnsers HERRN JEsu Christi etc. Das erste Stück der Geist ist das höchste/ tieffeste/ edelste Theil des Menschen/ damit er geschickt ist/ vnbe-

greiffliche / vnsichtige / ewige Dinge zu fassen / vnd ist kürtzlich das Hauß / da der Glaube vnd GOttes Wort innen wohnet. Das ander die Seel ist eben derselbe Geist nach der Natur (respectu unionis) aber doch in einem andern Werck / nemlich in dem / als er den Leib lebendig machet / vnd durch jhn wircket / vnd wird offt in der Schrifft für das Leben genommen / dann der Geist mag wol ohne den Leib leben / aber der Leib lebet nicht ohne den Geist. Diß sehen wir / wie es auch im Schlaff / vnd ohn vnterlaß lebet vnd wircket / vnd ist seine Art nicht die vnbegreifflichen Dinge zu fassen / sondern was die Vernunfft erkennen vnd ermessen kan. Vnd ist nemlich die Vernunfft hie das Liecht in diesem Hause / vnd wo der Geist nicht mit dem Glauben / als mit einem höhern Liechte erleuchtet / diß Liecht der Vernunfft regieret / so mag sie nimmer ohne Jrthumb seyn / dann sie ist zu geringe in Göttlichen Dingen zu handeln.

Das Dritte ist der Leib mit seinen Gliedern / welches Werck seynd nur

Vbun-

Vbungen vnd Brauch / nach dem die Seel erkennet / vnnd der Geist gleubet. Hæc propter contradicentium Sophismata, huc ex Luthero apponere placuit, quem pia juventus citato loco diligenter legat, quandoquidem Microcosmi mysterium veraciter, eleganter, fusius ibidem illustrat. Et tantum quoq; de capite quarto sequitur nunc quintum.

Caput Quintum.

De septem Sapientiæ columnis, Pansophiæ studiosis cognitu necessariis.

REgum Sapientissimus Salomon Palladis arcem, ejusdemq; magnificam per septem columnas exstructionem, Prov: cap: 9. Venustè describit; hujusmodi columnarum explicationem, quantum veræ Philosophiæ genuinis alumnis pro tempore sufficit, breviter expediam.

Nume-

Numerantur igitur COLUMNÆ septem, ut Aurea, Smaragdina, Rubinea, Saphyrea, Magnetica, Cryſtallina, Adamantina, quibus feliciter poſitis Divorum menſa ſive Epulum ſapientia dignis apparatur.

1. *Columna ſapientiæ Aurea.*

Prima autem columna eſt AUREA, quâ Pietas fidei luce coruſca indigitatur. Sicuti enim aurum omnes aliorum metallorum virtutes complectitur, ideoq; ſua quoq; præſtantiâ eadem antecellit: Ita PIETAS omnes alias virtutes complexa, eminentiſſimas honorum dignitates longè ſuperat, *Syr. 10.* quò reſpectu primum â R. Salomone ſapientiæ fundamentum rectiſſimæ *Prov. 2.* ſtatuitur. Gradus, per quos Pietas ſui amantes ducit, ſunt quinq; 1. Inſtillat amorem perſcrutandi Sophiam ſeriis precibus, meditationumq; verbi aſſi- *Pſalm. 1.* duitate. 2. Animum obtemperandi monitis ſalutaribus tàm immortalium, quàm mortalium Præceptorum largitur. 3. Conſtantiam ambulandi in ſapientiæ præceptis. 4. Efficit vitæ ſanctitatem cogitata, dicta, facta

DEI

Dei nutu dirigentem. 5. Unionem Animæ cùm Deo, & per consequens cum divinâ luce ac potentiâ, arctissimam præstat: Hæc omnia secundum Regij vatis sententiam continuâ absolvuntur praxi, Ps. 110. vers. 11. Liber sapientiæ capite sexto gradus præmissos nervosè per auream catenam quasi Theosophiæ amatoribus proponit, quos ibidem ipsimet accuratius & penitius considerent: hoc opus, hic labor, qui multis vix annis terminatur. Idem approbant Trismegisti Germani verba notatu dignissima, quæ tomo secundo de sagici Philosophia sic sonant: So ein Philosophus nicht auß der Theologia gebohren wird, so hat er keinen Eckstein / darauff er seine Philosophey setzen möge. Quæ verba non sunt intelligenda de infelici mixturâ seu potius confusione Theologiæ & Philosophiæ, veruntamen de articulo potissimum creationis, extra quem verum rerum Naturalium principium, nullo modo à quoquam licet acutissimo Philosophorum dari potest, etiamsi

jamsi istis paganorum assectis nasutulis, Ilia præ immensâ scientiarum copiâ horrendum crepent, vel planè rumpantur.

2. Columna Smaragdina.

Altera columna SMARAGDINA repræsentat castitatem, quæ cœlitus donata Mentem cum corpore immaculatam & incorruptam conservat, sanguinis CHRISTI virtute contra voluptatum illecebras, malorum escam præbentes, & libidinis æstum turpissimum, qui maximos certè viros, nec pauca Regna pessundedit. Undè D. Jacobus primariam Theosophiæ affectionem ponit hanc virtutem, ubi dicit cap. 3. ἡ δὲ ἄνωθεν σοφία, πρῶτον μὲν ἁγνὴ ἐστιν, ἔπειτα εἰρηνικὴ, ἐπιεικὴς, εὐπειθὴς. Hanc mentis puritatem, & virginitatis decus immortale, Sap: 3. religiosa & verecunda juventus eò melius ut tutari queat, opus est assidua temperantiâ in victu, cibo, potu, quæ castitatis consanguinea, & Sapientiæ custos à cordata Antiquitate perhibetur, id quod Daniel Propheta cum collegis suis probè intelle-

tellexit, quâ de causa cibos nimis delicatos, & vinum Regis meracissimum, quo vera influentia & operatio Luminis Naturæ impedita repellitur, sæpiusq; penitus suffocatur, tàm solicitè aversabatur. Proinde Theophrastus in Astronomia magna sedulò nos temperantiæ etiam admonet, inquiens: Wir sollen aber mehr nicht essen vnd trincken / dann die Erhaltung des Leibes bedarff / so mögen die Himlischen Operationes jhre Wirckung in Menschen vollbringen. Sin autem modus naturæ debitus & conveniens per luxum cibi, potus, laboris intempestivi seu inutilissimæ speculationis onus, Veneris flammas illicitas exceditur, Astrorum felices, & saluberrimæ impressiones inhibentur, & homo malitiosorum affectuum, cæteris vinctus in cæcitatis turri profundà relinquitur, ita ut nunquam bonæ influentiæ funem apprehendere valeat. Ad carnis igitur concupiscentias extinguendas & crapulam fugien-

crapulam fugiendam precibus assiduis, Spiritus sancti regimine, & sacris sapientiæ præceptis studiosæ juventuti opus est, cujusmodi habentur satis perspicua, Proverb: cap: 5. 6. 7. 8. 9. & Syrac: cap: 9. 31. 38. Quippe si hæc columna frangatur, sapientiam Divinam & Naturalem nunquam perfectè seu fundamentaliter adsequi valebis, licet omni disciplinarum genere esses politissimus. Quemadmodum enim Smaragdus dissilire à Naturalibus dicitur, ab inquinato adultero gestatus: Ita enim tua Philosophia erit manca, mutila, fracta, tenebriosa, hac nimirum columnâ fracta seu dejectâ. Poterit igitur quivis Piorum Divinâ adjutus gratia, virtutem sanè splendidam pro donorum diversitate, aut in virginitatis, aut in Matrimonij statu excolere, quanquam insigne hîc apparet discrimen, illud tamen castitatis praxin minimè impedit, si modò quisq; ambulat, uti à DEO vocatus est ad D. Apostoli judicium. 1. Cor: 7. Ac summatim ut disticho multa complectar,

ctar, ultimam huic columnæ manum imponendo:

Quem fugit atq; odit Mundi vesana voluptas,
Divinæ mentis concipit ille decus.

Tertia columna est RUBINEA, in quâ Justiciæ splendor, & excellentia nobilissima lucet: Hæc virtus suum cuiq; creaturæ tribuit per certum pondus, mensuram, motum. Nam ustar Libræ hominum conscientiæ ppensa omnes actiones laude dignas noderatur, at vicios as gravissimè ulciiscitur. Quamobrem studiosorum ures semper personét axioma notissmum: Quod tibi non vis fieri, alteri e feceris! Et quicquid alteri feceris DEO & Naturâ pro certò expectabis. Qui igitur Regulam singulorum hoinum cordibus inscriptam datâ opeà cum primis violant, illi certissimam lcionem sentiunt, etiam capitis sæenumerò supplicio, & sanguine efuso! tam solicitè & exactè justicia per mnem vitam observari cupit, quod ariter coloris signatura in Rubino

rectè adumbrare cernitur. Miserabile hòc certè loco præbent exemplum justitiæ violatæ, Pseudochymici Magnatibus imponentes, & post crumenâ arte spoliatâ se pedibus salvantes, furum & nebulonum instar, qui patibulo & rotâ plerumq; vitam finire solent. Etenim mirabilis & secretissima est Harmonia, sive catena inter Microcosmum & Macrocosmum: si homo injustas alit imaginationes & futuras actiones paulatim prorumpentes, statim tunc inficit & turbat proprium cœlum, vel constellationem, quæ postea suum correlatum simili donabit monetâ, secundum illud: Per quæ quis peccat, per eadem punitur. Exempli gratia: Si Planeta Saturnus invidentiâ, tristicia nimiâ, avaritiâ, Venus intemperantiâ & libidine, Mars odio perpetuo & iracundiâ furiosâ seu Tyrannide, Mercurius mendacibus calumniis, serpentinâ astuciâ, artibusq; vulpinis Mundo usitatissimis, Jupiter injustitia & Hypocrisi &c. irritantur, atq; primum ab hominibus sic inficiun

ficiuntur, ſtatim jndè Procreantur morbi Aſtrales, curam vulgarem reſpuentes cum plagis Mundi univerſalibus, ut ſunt; Hydropis, Phreneſis, Mania, morbus Gallicus, Febres peſtilentiales, bibendi ſitim vindicantes, epilepſia, Apoplexia, Podagra, Peſtis, incendia, & morbi prorſus inauditi, qui quo nomine dignentur, adhuc ignoratur à multis: Imò ſæpiſsimè omninò inſanabiles exiſtunt, propter cauſas illorum morborũ nimis profundè & tenaciſsimè homini animali, infixas, quas nulla Medicina naturalis, Mar. 5. 26. ſed dun taxat verbi cæleſtis curâ è medio tollere poteſt, ſi ſequatur vera modò pœnitentia. Ex quibus ſumma Theologiæ & Medicinæ concordantia pateſcit, nec non VIRTUS Medici, quæ quarta, eaq; Principalis columna à Paracelſo rectè ſtatuitur ad curæ felicitatem conſequendam. Quapropter Magi ſeu Sophi præcipiunt, ut quam citiſsimè imaginationes cũ DEI & proximi dilectione pugnãtes elidamus quocunq; etiam modo poſsimus ſermonẽ

losum & fallacias vulpinas cane & angue pejus ediſſe diſcamus, injuſtas actiones & vim Leoninam maximopere fugiamus ac deteſtemur, ne proprium deglutire venenum poſtmodum cogamur per morbos Aſtrales, plagasq; univerſales! Contra verò ad Liberalitatem erga egenos exercendam quovis tempore parati inveniamur. Hujus virtutis vigore totus Microcoſmus ſimiliter in aureæ Libræ bilance quam exactiſſimè ſiſtendus, ut videlicet Anima cum DEO, Spiritus Aſtralis cum Firmamento, corpus cum Elementis per ſuaviſſimam Harmoniam conjungantur. Notetur Myſteriarchæ noſtri ſententia ex politionis & confirmationis ergò, quæ in Aſtronomia magnâ ſic habet: Wann das Gemüth des Menſchen/ vnd der Limus terræ in gleicher Wage ſtehen / als dann / was vom Menſchen kömpt/ iſt vollkommen.

4. Columna Saphyrea.

Columna ſapientiæ quarta nuncupatur SAPHYREA, quæ occultâ ſua proprietate Panſophiæ ſtudioſis faciturni-

turnitatem in secretis unicè observandam instillat atq; commendat. Nam veluti Saphyrus constellatus, secundum Paracelsi mentem Firmamenti naturam emulatur amabili suo colore, atq; scientiarum astralem influentiam adjuvat, augetq; : Ita nobilissima hæc virtus firmamenti Microcosmi Astralem potentiam, & impressionem corroborat, Arcanorum thesauros fideliter custodit, sapientibus valedissime absignat, ne indigne per abusum lividis canibus sanctum detur, sive Margaritæ preciosissimæ Epicuri de grege Porcis projiciantur: Quam ob causam, qui SECRETA scire desiderat, in secreto eadem habeat, oportet. Quomodo autem praxis hujus virtutis comparata ita illa instituti, si placet, succincte poterit! Primum in studiis matutinis discipulus ante omnia operam navabit silentio, siquidem Musæ amant auroram & silentium, quo Mens sedata in secessu ab; q; omni impedimentorum turbine, scripturarum meditationi atq; Na-

turæ perscrutationi eò melius & profundius incumbere queat.

Hinc capnio Eruditissimus libro. 1. de verbo Mirifico sic scribit: In Divinis SILENTIUM requiritur, contentio respuitur, Syllogismus irridetur. Deindè concredita Arcana nequaquam sunt vulgi rimarum plenissimi stolidæ temeritati prostituenda, verum enimverò sedula & sollicitâ Taciturnitate conservanda, ne iterum in cauto possessori eripiantur, neve ipsi in maximam vergant perniciem. Itaq; Pythagoras olim quinquennis Silentij votum à suis discipulis sibi præstari volebat, hoc potissimum fine, ne ante completam Philosophiæ noticiam, & discursum acquisitum, immaturis argutjs essent sibi ipsis exitio. Sivè Arcana adepta imprudenter climinarent, ubi multos garrulitate seipsos perdidisse constat, quò etiâ Tantali. R. pæna, loquacitate inconsideratâ sibi attracta apud Poetas referatur, Tertiò omni curâ enitendũ, ne in publicâ hominum conversatione, vel DEUM, sanctissimũ

vel

vel Spiritus castos ubiq; præsentes verbis incogitatò offendamus, nevè proximi præsentis conscientiam, absentisq; famam, quâ nobilius nihil, lædamus: Sin autem nullam hoc loco prudentiam adhibemus, ê vestigio Harmoniâ influentiarum turbatâ, errorum dissonantia, quam deinde non citra labórem vix corrigimus, occultò irrepere solet. Ultimò sedulus Naturæ Secretorum venator, pedibus manibusq; omnia obnixè faciet ne illicitâ curiositate in Divos peccet, cujus rei notabile admodum exemplum legitur de Actæone, Dianam cum Nymphis lavantẽ cernente, qui ideò in cervum transmutatus â propiis canibus miserrimè dilaniabatur. Quare in recenti memoria teneamus Theophrasti insignem de Taciturnitate admonitionem, ubi ait: Niemand gleubet es wie viel / vnd wie groß an diesem einigen stuck vnd præcepto (Taciturnitatis) gelegen ist. Ne autem hic cum damno impingamus, Deum Per CHRISTUM sine intermissione precemur, ut suo

in Aphr: de Præcep: 6

Spiritu sancto mentem nostram regere, atq; labris sapientiæ sigillum imprimere dignetur Ps. 119. Syr. 23.

5. *Columna Magnetica.*

Sequitur nunc columna quinta, scilicet MAGNETICA, quæ assiduam Naturæ Librum perscrutandi Diligentiam designat. Nam sicuti cum firmamento Magnes vertendo se ad polum, maximam habet concordantiam: Ita Spiritus hominis sydereus speculando cum omnibus Elementorum Astris. Magnes spiritu occulto suo ferrum ad se trahere potis est; sic nostrum Evestrum omnes artes, & naturales scientias ex chalybæo cœlo, vi Magneticâ ad se allicit, pro hominis liberâ inclinatione. Solius Magnetis beneficio insulæ ditissimæ, imo novus orbis, per navigationes stupendas est juventus, cum inæstimabili divitiarum, Auri, Gemmarum, Aromatum, aliorumq; fructuum pretiosissimorum proventu; Idem Magnetis Microcosmici imaginatione Astrali, seu speculatione dispositâ abstrusissima in Elementis reperiuntur Arcana,

inq;

nq; manifestam lucem proferuntur. Etenim omnes radij Astrorum, tam invisibilium, quàm visibilium, in hominem tanquam centrum dirigunur, sensusq; & rationem validissimà inicturâ inficiunt, reguntq; : Unde nus inclinationem habet solum ad Musarum cultum, & humaniores scintias, puta Musicam, Poeticam, Pitoriam : Alter verò ad bellum, conictum, armorum strepitum, ex quius gloriosam cum spoliis victoriam eportare intimè gaudet : Tertius apulit animum ad Chymiam & Medinam, Quartus ad Astronomiam & lathematicam, Quintus ad Politiam seu Jurisprudentiam &c. Hujusodi igitur dona Naturalia post D15 M suam habent dependentiam ex immamenti astris, sive Naturæ Lumiis &c. Verum enimverò illud Naturæ umen ut plurimum hodie altercaonum nebulis extinctum est, quod heophrastus non uno in loco anxiè uceritur, suoq; tempore veræ Astroomiæ usum magnifice nobis com-

mendavit hiscè verbis: Darumb nicht
Chyrurg: ein kleines an der Astronomey liegt/ beson-
magna. dern ein grosses / vnd so die kunst bey vns
Lib: 2 were/ wie sie billich sein solte/ wie ein groß
Cap: 16. kleynodt were es der gantzen weld/ vnd ein
schatz vber alle.

Hunc incomparabilem thesaurum, tum ad fortunatam in scientiis institutionem, tum ad plenam medicamentorum præparationem, admodum nobis necessarium, venarabilis & Gloriosa Societas ultrò offert Germaniæ, & multi tamen cæno mundano immersitanquam cuculi ingrati nihil id pensi habent; alij in convitiis cumulandis in benè meritos sunt omnium artificiosissimi & disertissimi. Hi sunt flores & fructus fragrantissimi tam pulchræ Philosophiæ, hæc vera scilicet Ethica praxis, cum omnis laus virtutis in actione Solâ, non spumosa loquentiâ consistat.

Quapropter Discipuli Theosophici studiis dediti vitiosis cavillis istis Paganorũ nihil promoveri debent ve-

teris

ris verbi memores, quod vitia ex im-
iis egrediantur, & Syracidis censura Syrac. 15.
mnes stulti, impij, Superbi & Hypo-
ritæ Sapientum Collegio exclutan-
ur. Quemadmodum enim in The-
logica facultate Pseudo prophe-
e reperiuntur, ut antè dictum;
imili planè modo in Philosophi-
â pseudo philosophi, qui tamen
mni se numero absolutos cre-
unt, nec unquam turbasse aquam opi-
antur. Sic etiam extra dubium
seudo cabalistæ, Pseudo magi,
seudo Chymici in Mundo vivunt,
ui ante tempus, nimisq; altè cũ Ica
o volitare præsumunt, vel cum
haetonte solis pulcerrimum currum
scendunt, verum magnis sæpius exci-
unt ausis, Omnium horum Samsoni-
i & Herculei conatus, & genuinæ af-
ectiones, coloribus vivis in Nuptiis
Chymicis depinguntur, in quibus se-
uentia verba probè â studiosis panso-
hiæ considerentur: Sieheſtu auch
nen Lecker mit was grüllen gierigen
iguren, vnnd Närrischen Gedancken
er an-

er andere an sich bringet: Dort äffet einer mit vnerhörten verborgen n Worten die Leute. Quamobrem, ne errorum labyrintho intricati, sub singularis sapientiæ plausibili specie decipiantur, hanc columnam Magnetican ad præscriptum Libri S. Scripturæ erigere discant, id est, assiduam meditandi diligentiam divina verbi Luce regere, uti anteà in 2. & 3. capitibus plus satis, ac dilucidè explicatum est, sic ut tædiosa repetitione hic minimè opus rear. Sollicitum investigandi sapientiam studium per Prosopopejam elegantissimè à Syracide cap. 15. describitur, quod Lector avidus ex insigni commendatione. V. Societatis nostræ, etiam atq; etiam ruminari secum debet, fructu sanè haut carebit suo. Postremò columnæ Magneticæ etiam Theophrasti ἔμβλημα annectam honorificæ memoriæ causa.

Libro primo cap: 2. Philosop: Sag:

Die Vernunfft des Menschen hat einen Magneten / der in sich zeucht vom Geistru die Sinne vnd Gedancken. Quam in hisce columnis, ut obiter adjiciam

studi-

udiosæ juventuti ex parte forsitan
ib obscura videbuntur primâ vice,
equenti lectione, & meditatione
ostea intellectu facilima erunt, præ-
rtim si praxis Theosophica, & simul
onstantia accesserint.

Sexta columna CRYSTALLINA eritatem, sua Luce omnia Arcana emonstrantem, nec non prædictas olumnas solide corroborantem no-is adumbrat. Nam veluti Crystal-us est candidissimus, clarus, diapha-us, ab omni sorde & excremento pu-ssimus: Ita per se existit veritas sim-licissima, clara, perspicua, ab omni ico hypocritico, & serpentinâ astu-iâ alieniissima, quam studiosi hujus hilosophiæ in omnibus studiis suis, actionibus totius vitæ singulari a-hore ac honore prosequi, DEI præ-epto obligantur! mendaciorum ve-, & Sophisinatum incrustatam tur-itudinem, odio plusquam Vatiniano erlequi. Orpheus, septem Græciæ apientes, Pythagoras, Socrates & Pla-o quam plurima Regna, & longè dis-

6. *Columna Crystallina.*

sitas

ſitas regiones adjêrunt, exploranda
veritatis cauſa! ac profectò in multis
Philoſophis modernis hujus virtuti
laudem præcipiunt, dum veritas & So
phia aures noſtras in Germaniâ qua
obtundunt. Sicuti etiam per conſpi
cillum Cryſtallinum arte fabrefa
ctum, omnium corporum Phyſico
rum formas, etiam remotiſsimas di
ſtinctè, & clariſsimè intueri poſſumus
Ita omnia Creata aliàs inviſibilia, & ſe
cretiſsimæ Elementorum operatio
nes, per Naturæ Lumen accenſũ, in ho
minis intellectum harmonicè diſpoſi
tum, Reflexum projiciunt. Ad errori
igitur periculum hic cumprimis præ
cavendum, diligentiſsimè memoria
mandentur. Signaturæ & veritatis &
Mendaciorum, in confeſsione Rho
doſtaurotiĉâ poſitæ, quæ ſunt: veritati
Integritas, Simplicitas, Perſpicuita
abſq; omni fuco: Mẽdaciorũ, Magnifi
centiâ, ſplẽdor, auctoritas peculiari ſp
cie, ſeu ſimulatione divinæ ac humana
Sapiẽtiæ ornata. Formalia ſic ſonant
weil dieſelbe (Warheit) ſchlecht einfeti
vnnd

ind Bloß die Lügen aber Prechtig/ stat-
lich/ anſehnlich/ vnd mit einen beſondern
Schein Göttlicher vnndt Menſchlicher
Weisheit Geſchmücket iſt.

Ut eò felicius hæc columna pona-
ur, & contrà calumniarum flabra, &
ophismatum turgines immota perſi-
tat, Theoſophiæ & Philoſophiæ ama-
ores huic attendant ſimulitudini,
quæ aliquantulum Naturæ Lumen
ràm abſtruſam pro diſcentis captu pa-
là facier. Lux veritatis in Microcoſmo
ſic acceenſa cum ſpeculo concavo non
malè confertur: Sicuti enim ejus-
modi ſpeculum radios ſolares copio-
ſè exeipit, quos deindè in aliud obje-
ctum fortiſſimè conijcere potis eſt,
adeò ut Incendium maximã inde ex-
oriatur, ceu de Archimede Hiſtori-
ci ſcriptum reliquêre: Similiter
Spiritus Hominis Aſtralis, Luce ve-
ritatis colluſtratus, Solis inviſibiles
radios, & Conſtellationis Influentias
ſcientiis variis tin-ctas intra ſe reci-
pit, ad Naturæ LUMEN, quo de
in ultimo capite, homines inter

accendendum! quod tamen Lumen initio se non plenis radiis exerit, sed paulatim ac sensim accrescit ad visibilis Elementalis luminis naturam, motumq;. Etenim illud quoq; habet suum subtilem ortum, incrementum, ἀκμήν. Sæpius turbatur in homine aut affectuum turbine, aut intemperantiæ tempestate sævissimâ! Sæpius obscuratur aut ignorantiæ nebulis crassissimis, aut errorum nube compactâ, aut arrogantiæ caligine densissimâ. Appositissime huc facit similitudo â Marone aliquoties usurpata non citra causam, utpote de collisione silicis & chalybis, ex quâ primum scintillulæ prosiliant purissimæ, quas deinceps fomes excipit ac retinet. post leni oris halitu adjuvante, sulphur accendit cumq; candela communicat, unde tenebris pulsis in tota domo lumen exoritur, cujus multiplicatio citra diminutionem in infinitum extendi posset. Idem esto judicium de Naturæ admiranda luce quasvis artes & Arcana in apricum exponente! quo

Inspiciatur Fortalitium de novarum stellarum futurâ operatione.

Arca aperta pag: 96

Poeta

Poëta respicere videtur, ubi canit:

Ut varias usus meditando extunderet artes
Paulatim. — — —

Solertis ingenij Lector hanc similitudinem semel atq; iterum ruminando, applicationem ipsemet præsenti negotio accommodet; re ipsâ certò experietur, me in hisce veritatem scripsisse. Iterum ex Theophrasto Ænigma magicum, vel secretum columnæ Crystallinæ insculpam hoc modò: **Also muß** Sol Magicus **sichtbar werden durch** Crystallum Magicum; **vnd** Ignis Magicus **sichtbar werden durch den** Chalybem magicum: Hoc est, Lumen invisibile & valdè Secretum Naturæ ex SOLE potissimum ortum, per Crystallinum purum, Virtuosum religiosi Sophi intellectum irradiat, per vitiosum penetrare non potest, veluti subjectum densum, solem, obscurum radiorum lucem nequaquam recipit. Ideoq; Prædictum Naturæ Lumen etiam DEI dom[illegible]

 fin[illegible]

singulare, & quidem maximum habe
tur, quod primariò à Spiritu veritati
& sapientiæ accenditur, mediis syde
rum cooperantibus, id quod hæc ver
ba in Chymicis Nuptiis tacitè innue
re animadvertuntur: Es gedencke jhm
doch jedet selbst nach / warumb nicht jed
Stadt einen Philosophum habe. E
tantum de hac Columnâ.

7. Columna septima ac ultima appel-
Columna latur ADAMANTINA, quæ fide
Adaman- Fortitudinem in mente renovatâ se
tina. exerentem indigitat: Illa igitur fide
fortitudo & Magnanimitas Heroica,
divinitus excitatur, ut Aurea colu
mna edocuit, augetur & conserva-
tur ternarum virtutum Christiana-
rum, Humilitatis videlicet, Mansuetu-
dinis, Patientiæ cotidianis ac Divinis
exercitiis. Quemadmodum autem
Demas sua naturâ durissimus existit
fractioni omni validissimè resistens:
Simili planè modo oportet adeptæ
Sophiæ candidatum non animo fran-
gi in objectis periculorum, & difficul-
tatum impedimentis, sed CHRISTI
cruci-

rucifixi potentiâ supernâ roboratus, ultæ Rationis elationem humilitate superare, mundi flatuosi Sarcasmos, tq; contumeliam prorsus nihili facere, affectuum intemperiem, injuriarumq; inflictum vulnus Mansuetudinis oleo fragrantissimo lenire, res quascunq; adversas patientia invictâ, almæ perpetuò virentis instar sufferre necessum habebit. Unde Patientia rudentiæ mater, impatientia stultitiæ Salomone Prover: 14. ver: 29. Eccles: cap: 6. ver: 10. docetur. Quam plurimæ nehercle calamitatum procellæ per invidorum flatus syniſtros, & calumniatorum turbines, sævissimos, qui nimum vacillantem hùc illuc in diversum sepæ numerò abripiunt, caeratim omni procul dubio, summoq; um impetu ingruent Pansophiæ inagatori solertissimo! Tu verò Mens ddicta DEO ne cede malis, sed memiseris examinis Theosophici, Syr: cap: ..6. & sequent: descripti! nec non vois celsissimæ, quam V. Socrates in clyeo profert: Proinde is verè dives est,

Rom. 12. Ne malate superêt, sed mala vince bono.

qui DEUM habet propitium: Qui autem metuat, qui talem habet protectorem? Imprimis autem contra Inferorum portas, sive copias & insidias Satanæ infernales, easq; potentissimas fidei Clypeo, atq; precum adsiduarum machinis Spiritualibus animus probe muniendus & confortandus est, ne tam nobilis Scientiarum thesaurus a hostibus eripiatur, seu ut plurimum venenatis Phantasiis corrumpatur. Sed potius ut cum parrhesia dicere queas: Cur metuam Dæmones gerentem in pectore EUM, quem tremunt Dæmones. Hic mihi credas, pauciss. perrumpunt, & optatam Palladis portam apprehendunt quo Rex quoq; Sapientissimus respicere videtur, Eccles: cap: 7. Virum de mille unum reperi; atq; V. Fraternitas in Nuptiis Ghymicis; ubi certè pauci virtutum pondera attollere valebant, præsertim ultimum, quod Cæsar quispiam aliâ laude dignissimus etiam nequibat. Quandam, opinor concordantiam hujusmodi columnarum exstructi-

Quie metuat Satanam gerens in corde IEHOVAM.

cun

cum aureæ Libræ examine obtinebit, illud tamen censuræ sapientissimi collegij R. C. humiliter submitto: Quod alias attinet Nuptias Chymicas, de iis haut inconcinnè dici posset:

Ludit in Illustri Patris Sapientia catû,
Quâ decoras mentem Spiritus alme piam.

Prætereà hæc probationis fornax septem columnis innixa, multùm conducit ad veterem hominem cum φίλαυτία, φιλοψυχία & propriæ voluntatis πονηρία exuendum! ad novum verò cum virtutum, & Sapientiæ verâ luce induendum: Quam ob causam Adamantino pectore Satanæ potentiam, Mundi malitiam, propriæ carnis nostræ versutiam profligare & superare nitescamus, ut tandem victoriæ palmam cum gratâ ac lætissimâ mente reportare queamus.

Hujus Probatæ Fidei postremò potentiæ subjacet tota Mundi machina cum singulis Elementis atq; Elemen-

mentatis, uti in exemplis sanctorum videre est. Mosi enim parebat mare Erythræum, Josuæ & Ezechiæ cursus Solis, Eliæ & collegis Danielis Elementum ignis, collegium Apostolorum ardentissimè oranti Elementum Terræ, Imperatori Theodosio Elementum Aeris, Josuæ & Samueli tempestas & tonitru cum grandine, Legioni Christianorum fulminatrici, seu κεραυνοβόλῳ pluvia & grando, Simsoni, Davidi, Elisæo, Danieli, Luthero, Leones, Ursæ, Monstrum Romanum, omniumq; hostium truculentia, quâ de Fidei victoriâ stupendâ sanctè gloriatur totum 11. caput Epistola ad Ebræos. Tandem hujusmodi tabellam ex Theophrasto desumtam Adamantinæ columnæ pari, ut antè factum, modo appendam: Wiß der Mensch zu seinem Obern (metam scilicet præfixam) kömpt / vnd zu seinem Tode (veteris Adami) vnd das vollbracht hat/darumb jhm die Influentz auß GOtt geben ist/ so stehet jhm viel zu/ vnd wehen jhn vie

Wind

Winde an / die jhme den Rücken vmbwenden / hinter sich vnd auff die seiten agen etc. Aber selig ist der/der die Ding/ so jhme in seiner Influentz zu wider seyn/ nicht lest herzsehen / dann darauß mag GOtt einen Bawm pflantzen / der mit vielen Früchten begabt wird. Hæc ille de vera Influentiâ.

Malo retinere nostræ linguæ idioma propter majorem verborum Emphasin, & Germaniæ decus verè admirabile, cui DEUS Opt: Max: præ cæteris Europæ Nationibus singularem hac tempestate honorem exhibet, quam grata mente agnoscamus & cotidiè celebremus.

Hisce septem columnis feliciter ac firmiter sic positis, per longam & continuam praxin, CARBUNCULUS in Palladis arce suum lumen, quòd â sole mutuatur, longè latèq; apud dignos diffundet: nec ullus unquam hominum quantumvis potentissimus istud LUMEN impedire valebit, veluti orientis Solis radios sub modium occultare supervacaneum & ridiculum

esset. Tantum de 7. Sapientiæ columnis pro mei instituti ratione modo sufficiat, si cuipiam usui erunt & emolumento, cum primis DEO acceptum ferat, jam ulterius ad caput 6. pergendum.

CAPUT SEXTUM.

De Lumine GRATIÆ Renatis Peculiari.

INitiò capite carnalibus quibusdam literatis os obturandum venit propter insulsos clamores, quibus cunctam promiscuè Revelationem, & vaticinia Enthusiasmi Anabaptistici malitiosè insimulare audent! deinde Gratiæ Lumen ex scribturis, & doctrina Catechetica citrà ambiguitatem discentibus ob oculos ponam. Oppositum igitur huic accusationi frivolæ volo, præcipui cujusdam Theologi, & quondam celeberrimi Professoris eruditum ac maturum Judicium, quod ita habet: Ac proindè is qui Revelationem, aut visionem DEI sibi factam esse dictitat,

non

non est simpliciter irridendus ut fatuus, neq; de eo judicandum secundum carnem, ex qua gente aut natione sit, cujus ætatis, doctrinæ, & existimationis! Cum etiam servis, & ancillis promittantur somnia fatidica in novo Testamento, Joel: 2. Actor: 2. Neq; est adigendus, ut miracula edat & vocationem ordinariam probet; non enim omnes Prophetæ miracula edidisse leguntur. Sed sequenda est norma judicij, quæ extat Deut: 18. Ille Theologus sereniſſimi Electoris Saxoniæ considerandas in novis Vaticiniis proponit sequentia; Religionem, vitam, ipsa Vaticinia, eorundem Eventum, quæ si Fidei analoga, sanctitati & veritati consentanea sunt, Prophetiæ nequaquam improbari, multò verò minus à quoq; rejici debent, secundum illud Paulinum προφητείας μὴ ἐξουθενεῖτε. Hujus Theologi excellens judicium studiosa Juventus apud animum probè perpendat & sequatur, ad Sophistarum præjudicia cavenda, omninoq; præcidenda. Ut autem veritatis im-

perium eò melius obtineri queat, ad verbi normam, non ad accuratam Rationis methodum seu limam, Lumen GRATIAE simpliciter sic describam: Est igitur nihil aliud, quam mentis humanæ renovatio & illuminatio, à Spiritu S. per Evangelium exorta, ad DEUM creatorem in CHRISTO rectè agnoscendum. Ubi tria cum primis notentur. 1. Undènam Lumen Gratiæ oriatur. 2. Quomodo, quibusvè mediis comparetur. 3. Attendantur Divina Mysteria: Quæ singula Lutherus noster in præclarâ tertij Articuli expositione catechetica nervosè ac luculenter studiosos edocet, in qua Ratio & Spiritus S. opponuntur, qui solus hominem per vocem Evangelij vocat, atq; illuminat ad CHRISTI Mysteria fide apprehendendum. Hùc referantur solidè confirmationis ergò S. Scriptura testimonia maximè illustria, quæ sunt. ψ. 36. In Lumine tuo (non in nostro) videbimus lumen. Joel: 2. cap: Actor: 2. Effundam spiritum meum super omnem carnem & prophetabunt

bunt filij vestri & filiæ vestræ. Sapient. 7. cap: In Animas sanctas se transfert (Sapientia) amicos DEI & Prophetas constituit. Hæc cotidiè piæ menti ruminanda in S. Bibliis scribuntur, ne Rationis ultra mensuram sapientis, sallaciſſimæ argutiæ & speciosæ, Gratiæ Lumini immiſceantur, quod, proh dolor, sæpius fit tamen, non citra maximam veritatis cœlestis perniciem, & multarum Animarum seductionem irreparabilem.

Gradus igitur Luminis GRATIAE in S. codice potiſſimum tres numerantur, quorum Primus appellatur DEI inſtinctus, quo homines pij ducuntur; & peculiariter illuminati, & vocati ad res præclarè gerendas sivè in Eccleſiâ, sive in Republicâ divinitus impelluntur, ſicuti ſcribitur de Saule Rege & Heroe Simſone, qui vocatione cælitus adeptâ à Spiritu Domini ferebantur; Ita enim David in Pſalmo. 85. inquit: audiam quid loquatur in me Dominus: Ita Simeon Spiritus DEI inſtinctu Templum Jeroſolymitanum

1. *Gradus* DEI *inſtinctus.*

tanum ingrediebatur, ac ibidem Messiam summo cum Mentis applausu offendebat. Etsi verò non omnes pij singulari hoc instinctu ad egregia facinora permoventur; Spiritus S. tamen quotidiano auxilio in suo Christianismo ducuntur, Rom: 8. Quivis igitur proprio contentus talento, præter vocationem more Anabaptistarum, aliorumq; fanaticorum nihil prorsus moliatur, sed potius DEO pro donis acceptis gratias agat.

2. *Gradus somnium Divinum.*

Alter gradus complectitur somnia fatidica, quibus DEus occulta & futura revelare solebat Prophetis suis, aliisq; sæpius Regibus: Cujusmodi fuerê Jacobus & Josephus Patriarchæ, Daniel Propheta & Magi ex oriente, Rex Ægypti Pharao & Nebucadnezar aureum primæ Monarchiæ caput, & item alij multi, de quibus studiosi Pansophiæ consulant sacras Historias. Verùm somnia vanissima, deceptoria, & diabolorum nocturnæ illusiones, quibus non pauci dementantur, ad hunc gradum nullatenus pertinent,

licet

licet plausibilem speciem æmulentur, illâ ne quis irretatur, sequatur Syracidis consilium cap: 24.

Tertius Gradus explicat visiones Propheticas, quæ sunt aut internæ, aut externæ. Internæ offeruntur, Animæ depuratæ, & illuminatæ speculo, quando sensus corporei, abstracti à rebus externis intra se revocantur, ut oculi externa objecta non videant, neq; aures externos sonos audiant, sed mens liberata isto corporeo servitio tota in oblatis visionibus contemplandis occupetur, quemadmodum Professor quidam celeberrimus, & meus quondam Præceptor colendus rectissimè scripsit. Per hanc visionem internā Propheta Samuel asinas Sauli repertas cognoscebat, Elisæus clandestina hostium consilia Regi Israelitico, suoq; famulo furtum detegebat. Externæ visiones corporeis abjiciuntur oculis Prophetarum, veluti Moses vir DEI in Eremo aspiciebat Rubum ardentem eum summâ admiratione, Tabernaculi in monte Sinai exstructio-

3. Gradus visio Prophetica.

ctionem typicam! Daniel Arietem & Hircum pugnantes, Angelum claritate suâ fulgentem, & futura cum Regni CHRISTI mysteria, tum Politici mirabiles conversiones, ad finem usq; revelantem: Esaias & Ezechiel JEHOVAH Majestatem tremendam, currum cœlestem in figurâ hominis, Leonis, Bovis & Aquilæ, fabricam novæ Jerusalem profectò stupendam; Zacharias Propheta equites terrarum orbem perlustrantes, uti famulus Elisæi turmas ignitas, Johannes Apostolus, in Apocalypsi CHRISTUM θεάνθρωπον & φιλάνθρωπον, varias Angelorum apparitiones cum splendidissimâ novæ civitatis gloriâ tremebundus admirabatur: Plura exempla Lector Scripturæ sedulus ipsemet notabit. Huic capiti inferam D. Lutheri eruditam expositionem in Postilla Eccles: super Evangelium D. Stephani, ubi inter cætera ait: GOtt sendet zu jhr (der Welt) allerley Prediger/die er mit dreyen Nahmen erzehlet/Propheten/Weysen/Schrifftgelehrten.

Prophe-

Propheten seynd die auß blosser eingebung des H. Geistes predigen/die es nicht auß der Schrifft oder durch Menschen Geschäffte haben/als Moses vnd Amos waren: Vnd daß seynd die Hochsten vnd Besten/die seynd weise/vnd künten andere weise machen/Schrifft setzen/vnd außlegen/der Art seynd gewesen fast alle Väter für vnd mit Mose/vnd nach jhm auch viel/sonderlich die Apostel/die da Leyen/vnd schlechte vngelehrte Leute waren/wie S. Lucas sagt/Actor: 4. Die Weisen seynd/die es nicht bloß auß Gott/sondern durch Schrifft vnd Menschen haben/vnd seynd die Jünger vnd Folger der Propheten/doch die mit dem Munde vnd lebendigem Wort selbst predigen/vnd lehren. Ein solcher war Aaron/der da redet alles/was jhn Moses hieß/wie Exo: 4. Gott zu Mose sagt. Die Schreiber oder Schrifftgelehrten seynd/die mit Schrifften/vnd Büchern lehren/wo sie gegenwertig oder Mündlich nicht lehren künten/als die Apostel auch gewesen seynd/zuvor die Evangelisten/vnd jhre Folger/als die heiligen Väter.

Lector

Lector industrius totum Lutheri contextum ibidem etiam atq; etiam perlustret, atq; penitus intro spiciat, siquidem in hisce judicium solidè informabit, quo cum V. Fraternitatis in clypeo suo verba hæc congruere cernuntur: Es ist je offenbar/das noch heutiges Tages der liebe GOtt vnd Vater/ in mancherley Weiß vnd Mittel/ das Menschliche Geschlecht lehret/ermahnet/vnd heimsuchet.

Quapropter quisnam amabò hodiè DEI Sapientiæ imperscrutabili & infinitæ, atq; omnipotentiæ adorandæ, quisnam, in quam, hominum metam præfigere audet? Si illustrium & Sapientissimorum Virorum in Societate venerandâ R. C. prædictionibus ad unguem Eventus respondent, Arcana ab ipsis ex Natura abyssо in lucem proferuntur manifestam; Pietas sancta vitæ, dilectio proximi syncera, splendor justiciæ multum desideratæ radios per totam Europam clarissimos spargunt; ceu nunc palàm est, nullus omninò sanæ mentis Literatus,

:us, tàm nobilem Societatem odio ju-
·e habebit, sed potius singulari amo-
·e & honore sempiterno prosequi te-
ıebitur. Ultimò sciendum, quod
:x hoc Gratiæ Lumine duntaxat re-
ùltat realis, sivè vera CABALA Ebrai-
:è sic dicta, Græcè prophetia vel Pro-
›hetica illuminatio, quam obsigna-
am hoc loco relinquam tantisper Le-
ctori, dum tempus omnia plenius ma-
ıifestabit, cujus felicitatem miran-
lam, non pauci suspenso quasi animo
:xpectant, Eliæ Artium adventum in-
imis suspiriis accelerantes: O JEHO-
'AH da prosperos successus. Et tan-
um quoq; de hoc capite, sequitur ul-
imum.

CAPUT SEPTIMUM.

De Lumine NATURÆ dignis ingeniis manifestando.

LUMEN NATURAE non est Ratio propriè loquendo, ut quidem plurimi autumant, verum perperam: Ideoq; ante omnia

Luminis Naturæ veram originem, atq; maximam latitudinem discentes investigare debent. Originem igitur in Astris tùm Divinis, tùm Naturalibus abstrusissimam Omnipotens & Sapientissimus CREATOR initiò recondidit, & quorum deindè influentiâ, inclinatione, impressione secretâ omnes artes, scientiæ, & Arcanorum notitia ad Microcosmum derivantur. Præterea Luminis Naturæ latitudo sese extendit per totum terrarum orbem, adeò ut nihil tàm occultum, in occano profundo, & sub Polo Antarctico contineatur, quod non in hominis expurgatum intellectum, radiorum Reflexum occultò trajiciat. Sicuti enim Solis Elementale ac visibile totum orbem collustrat, ut tenebris discussis singula creata postmodum distinctè ab omnibus cognosci possint: Ita Lumen Naturæ suis radiis occultis, & invisibilibus totum Microcosmum retexit, ut caligine cœcitatis fugatâ, secreta perceptu aliàs difficilima meditando inquirere valeat. Ne autem

autem ingenia petulantia & maledi-
ca, tâm nobilem & sanctam Sophiam
Nigromantiæ, vel veneficij atrocissi-
nè accusent, pro solito calumniandi
more, verùm non adeò laudabili, in-
nedium proferam virorum Magnorũ
quorum auctoritas cordatis nota &
venerabilis) testimonia atq; judicia de
acrorum spirirituum operatione oc-
ulta circa sapientum intellectũ har-
monicè disposítum. Præstantissimus
& illuminatus quispiam Theologus
c Medicus solemnè alicubi profert
logium, quod scilicet omnis Sapien-
ia in verbo DEI, & rerum Naturâ ab-
condita, primum per Angelorum
ministerium revelata sit! Id quod col-
oquia Angelorum Theosophica, cum
Prophetis & Johanne potissimum
Apocalypsi habita liquidò nobis de-
monstrant. Quod autem casti spiritus
DEO omnes, & Artes & scientias, &
rcanorum noticiam, & simul regno-
um administrationem, præter cœle-
em sapientiam sunt adepti, ita, ut
um hominibus ad DEI mandatum,

Sophiam Angelicam, communicarent, probant Angelorum Princeps Raphael sua scientia Medica, Tob: cap: 11. & alter in Piscinam Bethesdam descendens commotione sua salubri, Joh: 5. atq; apparitio Gabrielis gloriosa apud Danielem, cui quatuor Monarchiarum statum ad finem Mundi usq; exponit quam humanissime, Da: 9. 10. 11. ut taceam Romani Papatus totalem, ac finalem desolationem Johanni Apostolo per Angelum indicatam, Apoc: cap: 17. Hæc igitur fundamenta, quæ aliàs certa sunt & immota, propter discentis Doctoris Martini Lutheri, & Doctoris Theophrasti Paracelsi propriis verbis & perspicua explicatione simpliciter cum DEO sic demonstrabo.

In Facultatem Philosophicam habetur expressum testimonium, tom: 3. Jenensi in præfatione super Lichtenbergij vaticinia, verba in nostro Idiomate sic sonant: Weil sie (die Engel) mit Worten nicht reden zu vns / thun sie das mit Sinn eingeben / oder eusserliche

Vrsach

Vrsach plötzlichen färlegen. Item, zum andern / es mag dennoch wol daneben syn / daß jhn GOtt vnd sein Engel bewegt habe / viel Stück / welche gleich zutreffen / zu schreiben.

Ex illâ præfatione Lutherus utriusq; Astronomiæ fundamentum, & suam Naturæ catenam per Spiritum sapientiæ rectè intellexisse animadvertitur, licet Lux Naturæ plena nondum eo tempore statim lucem Evangelij accensam consecuta sit: Etsi verò abusu prædictionum Astrologicarum summoperè offendebatur Lutherus propter superstitionum errores Pietati nocentissimos! tamen illam ob causam fundamentum veræ Astronomiæ minimè destruebat, sed iustum utiq; pronunciabat, cujus vestigia legere hic multis laudi esset.

In Medicam Facultatem ejusmodi donit judicium peculiari Sophiâ tinctum, Gen: 19. Occupati boni Angeli sunt, ne ferus hostis noceat, nec Medicina, nec alia media per se valerent, nisi adessent Angeli; & quod nascen-

tibus morbis novis nova remedia oſtenduntur, non hominum ea induſtria eſt, ſed ANGELORUM miniſterium, qui artificum animos GUBERNANT & impellunt, ſicut Satan etiam ſuos, teſte Paulo, gubernat & impellit. Huc usq; Lutherus noſter! quid quæſo illuſtrius, eruditiusvè dici poſſet. De iuclinatione & inſpiratione Angelorum occultâ circa Facultatem Juridicam, Politiâ feliciter obeundâ omnesq; ſtatus reliquos inferiores ita Theologorum Princeps ſcriptum reliquit, tom: 4. Jen: G. in caput 1. Zach: Woher ſolten ſonſt die Römer offt ſolche feine Zufälle / Rath / vnd Witz gehabt haben? Woher ſolte Hannibal ſo geſchickt / vnd bereit / vnd mutig geweſen ſeyn? Wovon ſolte der groſſe Alexander ſo friſch / vnd ruſtig / ſo kühne / vnd glückſelig geweſen ſeyn? Es ſeynd alles GOttes vnd der Engel Werck / was ſie nützlich / oder glückſelig haben vnd thun / etc.

Totum locum ibidem communem de quaterno DIS. 1 in Mundo regimi-

gimine, ſtudioſa juventus diligentiâ adhibitâ perluſtrabit, in quo Lutherus facit mentionem GUBERNATIONIS mundanæ per gladium, ſpiritualis per verbum, Angelicæ per intellectum, de poſtremâ Gubernatione ſic inquit: In Vnfriede / vnd in Irthumb / haben die Engel nicht gut regieren mit jhrem Verſtande. In cygneâ cantilenâ ſua Gen: cap: 19. dicit: Omninò hoc verum eſt, quod DEUS mundum hunc viſibilem gubernat, non tantum per homines, ſed etiam per Angelos: Undè manifeſtum evadit cuivis, quod ſcilicet totius Mundi imperium ab intellectuali ac inviſibili dependeat, vel intelligentiis cumprimis regatur; homines ſapientuli & curioſi Sycophantæ & indomiti centauri cum locuſtis coronatis faciant, & machinentur interim, quicquid velint. Ad reliquos ſtatus referantur ſequentia verba ex tomo 4. Loci antè citati: Solche vnd dergleichen Offenbarung der Engel zeiget an (loquitur de apparitione Danieli & Zachariæ facta)

wie sie ohne unterlaß so mit uns thun unsichtbarlich und verborgen. Notetur etiam Tauleri in hisce sententia exquisita, tract: cœcit: S Hinc tibi Angelus tuus semper optima tutissima, & felicissima quæq; suadet & inspirat! tuis profectibus & bonis studiis mirum in modum gratulatur. Fama Rhodostaurotica Angelorum consortium supremam judicat felicitatem, quæ homini in vita mortali unquam obtingere queat. Nunc unum atq; alterum ex Theophrasto testimonium adscribam veritatis confirmandæ gratia, cum in Fundamento sapientiæ ita disserit: In jhnen (den Engeln) ist alle Weißheit GOttes/und alle Kunst GOttes. Item die Künste Gottes seynd die/und seynd in den Engeln: Alle Offenbarer aller Natürlichen Dinge/alle Handtwerck/aller Heimligkeit der Natur/aller Arcanen der Dinge/aller Eygenschafft der Creaturen/aller Art der Geschöpffe.

Alterum Sophiæ Angelicæ encomium extat libro quinto de Origine morbo-

morborum invisibilium: Dergleichen auch die Weißheit der Künste haben wir auch nicht von vns selbst / sondern auch durch ein Mittel! Dasselbe seynd die vnsichtbaren Geister/welche zu gleicher weise / wie ein Acker / der vns Frucht giebt / also die Künste von jhnen auch gehen. In tractatu de Peste adseverat, quod Naturale Sapientiæ Lumen ex Sole per omnes Planetas & Astra firmamenti adipiscamur, quibus de secretis Magorum Scripta absoluta amplius consuli poterunt, sicuti etiam Venerabile Sapientiæ collegium in veritatis invictissimæ clypeo, illorum editionem sequenti anno sanctè promisit, quò universalis Sapientiæ studiosos pro tempore remitto. Ejaage, macte DEI virtute, laudatissima & dilectissima Societas, ad ignorantiæ tenebras dissipandas, & Lucem Pansophiæ accendendam, ne diutius errorum labyrintho involuti hinc inde divagemur: Si non omnia acu, quod dicitur Proverbio, tetigissem, correctionis limam, vel ulterioris instructio-

nis medelam ut adhibere dignetur, V. Fraternitatem vestram subjectissimè rogatam volo. Alioquin de me, & mei similibus Virgiliana imitatio haut inconveniens foret!

Talia per clypeum Sapientûm dona virorum
Miratur! rerumq; ignarus imagine, gaudet,
Concelebrans ROSEÆ *Famamq; & facta* CATERVÆ.

Hæc ad VERITATIS imperium eò felicius obtinendum studiosæ & piæ Juventutis gratia pro viribus in medium afferre volui, ne imperiti hanc secretam Philosophiam adeò calumniarum impostorum atrocissimarum veneno inficerent, innocentervè detur: parent: Si igitur veritati locum relinquent, res erit in vado; Sin verò minus, proprium certè virus deglutire cogentur. Omnes autem Nigromanticorum illusiones Diabolicas, Pseudomagorum conjurationes maledictas, Hariolorum superstiti-

perſtitiones ſtultiſsimas & vaniſsimas ſimul & ſemel ad orcum relegatum, jubeo, quò omni etiam jure Synagoga Satanica pertinebit. Verbis Hermetis Triſmegiſti demum concludam: Pius eſto ô fili, qui vero pius eſt, ſumme Philoſophatur. Quando igitur purum Naturæ Lumen, Lector Chriſtiane & benevole, & quo vera MAGIA profluit, unicè deſideras, columnarum ſtructuram capite quinto adumbratam aggredere, certò confidens, ſtudia actionesq; tuas Angelorum conſilio & auxilio directum iri, columnis Sapientiæ abſolutis; Cujus Angelicæ curæ & directionis quoq; Lutherus facit mentionem, Gen: cap: 24. Sic etiam, inquit, Eccleſiaſticas aut Politicas functiones ſubituri cogitemus: Quia vocor ad Munus Paſtoris aut Doctoris, faciam, quod poſſum; Angelus aderit, qui gubernabit omnia. Et alibi Principium ergò omnium negociorum ſit INVOCATIO DEI; deinde cogitatio de CURA Angelorum.

Forſan

Forsan etiam Nomen cum cognomine meum scire aves, quod certè Tibi, Lector Clarissime, mirabile occurret, quandoquidem totius cœli, Terræq; thesauros complectitur, atq; secum circumfert, sic ut haut immeritò Philosophi verbum mihi usurpare queam: Omnia mea mecum porto. Cognomen sub se contineat numero tria & octoginta, & tamen saltem sex constat literis; Prima est sexta pars sexta, si addatur tertia tot habet, quot litera quinta, cum quâ coincidit quarta, cujus quartam partem possidet secunda, hæc cum prima & dimidio quintæ numerum sextæ producit, quæ tamen tertiam terciæ partem solummodò ternario superat. De loco hæc accipe: Cùm Apolline, Diana, Musis, Nymphis in Pindo, Parnasso, Helicone, in vallibus herbosis & lucis amœnissimis libenter conversari soleo! Familia mea se extendit per omnes ferè Nationes totius Europæ, insignia cumprimis reperiuntur in Regum, Principum & Magnatum ædibus,

bus, qui privilegiis insuper gravissimis, ne violetur, antiquum stemma ornârunt. Si veræ Philosophiæ es gnarus, lumen Naturæ prædicta Ænigmata, hisq; longè majora aperiet, donec tempus fortunatum post DEUM Opt: Max: magnalia admiranda in lucem manifestam proferet. Coronydis loco adjicio Christiani ῥοδοσταῦγες hanc venustam & argutam Paræmiam. SUMMA SCIENTIA NIHIL SCIRE, hisce vale benè in vero Sapientiæ fonte, Lector honorande, & pro me ad DEUM adsiduò orabis, in altissimi fidem voto commendatus, qui nostra studia fortunabit, atq; opus incontum suum per CHRISTUM ad finem optatum perducet.

Amen.

FINIS.

1384-036